


Vg  
5986





ex R. 195. (8)

ok 195

Vg  
5986

DE  
INGRATO QVORVNDAM  
PSEVDO-LVTHERANORVM  
ERGA LVTHERVN ANIMO  
COMMENTATVR

ET

IVVENI NOBILISSIMO  
PAVLO SAMVELI WEGENERO  
COTZENBVTTELA - EIDORASTADIENSI  
SVB DISCESSVM EX LYCEO NOSTRO  
DE GRATO ANIMO

D. DECEMBR. PRO CONCIONE DICTYRO

PATRVN ET PATRONORVM VTRIVSQVE  
ORDINIS OMNIVMQVE RELIQVORVM QVI  
LITERAS NOSTRAS AMANT

BENEVOLAS AVRES CONCILIARE  
STVDET

IO. HENR. VON SEELEN  
CONRECTOR.



---

FLENSBERGI,  
OPERIS VOGELIANIS. A. CID MDCC XIV.

5552






ARTINVS LVTHERVS, vir summus & ad salutem atq; incolumitatem Ecclesiae procurandam ab ipso DEO excitatus, de quo re-  
ctissime cantum est:

*Iapeti de gente prior maiorque Luthero*

*Nemo fuit: sed nec, crede, futurus erit*

iis inclauit in rempublicam sacram meritum, ex quo, Ioannis Tetzeli (a) impia nundinatione potissimum commo-  
tus



- (a) *Tetzel* in lingua Turcica significare *Diabolum*, obseruat Conr. Schlüsselburgius in Praefat. L. VIII Catal. Haeref. p. b. 5. Adeoque pertinet ad nomina mali omnis quid in se habentia eorum, qui pessimo conatu turbas in Ecclesia mouerunt. Eodem, quo Tetzelius, nomine insignitur *Christianus* ille *Theophilus* (verum enim eius nomen est *Christianus Tenffel*), qui in *Epi- thalamio Salomoneo* 1708. 8. diabolico plane ausu ex Psalmo XLV. lasciuum & profanum carmen nuptiale exsculpere contendit. Vid. quomodo hoc scelus abominetur clariss. Auctores Relat. Innoxiar. 1707. p. 265 seqq. Inter Anabaptistas Westphaliam & speciatim Monasterium concionibus seditiose concitatis infestantes famosum *Bernhardi Romanni* nomen deprehenditur, *Franciscus Stancarus* calumnias in Lutherum pluresq; ingenuos viros efflu- tiendo & pro opinionibus falsis pertinaciter pugnando foetorem non solum Wigando, Mörlino, Schlüsselburgio & aliis, qui aduersus eundem scripse- runt, sed etiam omnibus veritatem amantibus intolerabilem exhalauit. Malae istius, imo pessimae & horrendae de Termino salutis humanae peremptorio do- ctrinae patroni *Io. Georg. Bösum* antesignanum venerantur. Nomen *Iac. Phil. Speneri*, siue *Späneri* (nam ita illud initio expressit) praelusit quasi mul- tis illis in Ecclesia nostra contentionibus & disidiis, quibus ipse vel errores non leues pulchro externae pietatis pallio, imprudentes & simplices eo facilius deci- piendi

tus, diuinam scientiam a corruptelis, commentis & ineptiis Pontificiis coepit vindicare, vt vnusquisq; prudens religioni merito sibi ducat, si eadem alia, quam gratisissima mente a se agnoscantur. Nihilominus tamen docuit experientia, fuisse & esse magno numero homines in coetu Lutherano educatos & viuentes, qui non solum omnem horum beneficiorum memoriam deponant, sed etiam luculenta ingratissimi aduersus Lutherum animi indicia prodere haud vereantur. Peiores sane Pontificiis, quos non adeo miramur, Luthero ab sacra ipsorum labefactata, doctrinas impugnatas atq; destructas superstitiones esse infensos, & licet ex emendatione sacrorum ab eodem instituta non parum emolumentis perceperint (b), labores eius improbasse, impudentissimis conuitiis eum onerauisse scriptisq; eius solidis & omni laude maioribus scripta putidis mendaciis, anilibus fabulis & acerbissimis criminationibus referta opposuisse (c). Peiores quoq;

A 2

piendi causa, tectos disseminando, vel in ἐρεοδοξία conuiuendo eiusq; auctores & defensores tolerando iuuandoq; ansam dedit, quorum reliquiae Ecclesiam nostram hodieq; affligunt. *Io. Casp. Schadii*, Berolinensis, pestilentissimos conatus, quibus confessionem priuatam & ipsam sacram coenam destruere allaborauit, multa Ecclesiae nostrae damna intulisse quis ignorat?

- (b) Vid. B. Io. Frid. Mayeri Dissertatio: *Quantum Pontificiis Reformatio Lutheri ipsis non dissentibus profuerit?* Witteb. 1684.
- (c) Caput inter hos Zoilos Lutheri facile effert *Io. Cochlaeus*, ad insaniam vsq; aduersus Lutherum pugnans, quem tamen Germanicus eius interpres *Io. Christoph. Huberus* stili petulantia videtur superare. Cochlaeo calumniandi libidine *Io. Clichtonaeus* vix est inferior. Vid. de hoc acerrimo Lutheri hoste Launoius in *Hist. Gymnas. Nauarr.* P. II. p. 668 - 676; speciatim de eius *Anti-Luthero* Baillet des Satyres Personelles T. II. p. 385 seqq. Ex purpuratis hic nomen suum profitetur *Henricus VIII*, Angliae Rex, cuius tamen *Defensio VII Sacramentorum contra Lutherum*, qui illam satis acerba censura excepit, non ab ipso Henrico, solum nomen eius commendante, sed a Cardinale Eboracensi elaborata perhibetur, Vid. *Lutherus* T. II.

quoq; sunt Calvinianis, quorum conuitia, quibus Lutherum proscindere non erubuerunt, venia forsan videbuntur digniora, quia in Luthero eiusq; scriptis causae suae nullum patrocinium inueniunt, sed potius eundem constanter venenum a Caroloftadio, Zwinglio, Oecolampadioq; Caluino propinatum, ab hoc vero infelici haustu absorptum & deinceps in multos alios eructatum, abominantem offendunt. Nolim vero isthaec de omnibus omnino Pontificiis & Calvinianis intellecta, quum me non fugiat, quam honorificam permulti horum Lutheri mentionem iniecerint. Thuani plurimumq; Pontificiorum loca huc pertinentia Magirus in Eponymolog. Crit. pag. 538 seqq. congescit. De vtrisque summe Reu. Gerh. Meieri *ludicia mitiora de Diuo Luthero Pontificiorum Reformatorumque* Brem. 1708. 4. legi merentur. Addo his ex Reformatis Pet. Baylium, qui in *Dictionar. Historico-Crit. T. II. p. 1933-1948* non solum magna industria calumnias Pontificiorum a Luthero amoliri studet, *Illustr. Seckendorfi Historiam Lutheranismi (d)*, Io. Mölleri, Theologi Hamburgensis, *Lutherum Defensum & Christian. Iunckeri Historiam Lutheri ex Nummis* laudat hosque libros legendos commendat, ac eorum imprudentiam indignatur, qui Lutheri *Colloquia Mensalia* euulgando aduersariis conuitiandi ansam praebuerunt; sed & ipse praeter elogia: *grand homme p. 1937: illustre personnage p. 1946* ita de eo p. 1943 sententiam dicit: *Ses plus grans ennemis ne sauroient nier, qu'il n'ait eu des qualitez eminentes; & l'histoire ne fournit rien de plus surprenant, que ce qu'il a fait.*

Idem

T. II Epistolar. fol. 290 seq. Alii Lutherum peculiaribus scriptis oppugnant. Aub. Miraei Commentar. de Scriptor. Sec. XVI, eius Bibliothecae Script. Eccles. insertum perlegenti incredibili fere numero occurrent. A laudatis quoq; Relatt. Innoxiar. Auctoribus an. 1703, p. 75 seqq. ii sunt collecti, qui primis quindecim annis aduersus Lutherum calamum strinxerunt,

- (d) l. c. p. 1944: » Qui voudra s' instruire à fond de l'histoire de ce grand personnage, n'aura qu'à lire le gros volume de Monf. de Seckendorf. C'est » en son espece un des bons livres, qui aient paru depuis long tems,

Idem Baylius calculum addit *Claudii*, doctoris itidem Reformati, verbis ex eius Defensio de la Reformation P. II. c. 5. p. 331 adductis, quae quidem animum moderatiorem in Luthero desiderant; sed nihilominus *un grand & invincible courage, zèle ardent pour la verité, inébranlable fermeté, qu'il a toujours fait paroître, bon fond de pieté & des vertus tout à fait heroïques* in eodem agnoscunt & collaudant. Aliter longe fit ab iis, quos *Pseudo-Lutheranos* praeter omnem iniuriam me appellasse plane sum persuasus. Sub hoc vero nomine comprehendo omnes illos, qui vel in Ecclesia Lutherana educati ac pura doctrina imbuti sponte eam deseruerunt, alia sacra amplexi sunt, atq; ad Fanicorum Pietistarumq; castra transierunt; vel in Lutherana Ecclesia vixerunt viuuntq;, non nisi Lutherani & orthodoxi haberi volunt, interim Lutheranismum non adeo fauent atq; doctrinas a Megalandro improbatas puroq; coetui Lutherano ignotas inuehunt & tanquam veras atq; ab omni labe immunes parum intelligentibus mirifico simulatae probitatis fuco exornatas, velut comtam Helenam pro singulari, qua pollent, astutia osculandas proponunt. Hos Lutherus non habet pro incredibilibus & stupendis religionis causa exantlatis laboribus gratos filios, sed spurios Aristarchos, qui, aequitatis exigua vel nulla ratione habita, immiti valde & iniusta censura Lutherum vexare volupe ducunt. Vt vero generoso leoni plane non nocet, cum catuli eum allatrare audent, ita quoq; heroi nostro nullum inde damnum oboritur, quod homines canina impudentia famam eius arrodere sint conati. Ipsi potius suam existimationem obscurarunt, dum auxerunt numerum eorum, quorum turpitudine adductus Aufonius dudum verissime ex Menandro cecinit Epigr. cxi. p. m. 86 edit. Tollian:

*Nil homine terra peius ingrato creat.*

A 3

Huius

Huius autem ingratae erga Lutherum mentis varia edunt specimen, turpia adeo, ut, nisi luculenter probari possent, a multis forsitan hic difficulter assensus impetraretur. Sunt enim, qui ingratos in Lutherum se exhibent, dum vel mores eius & quae in eodem humana fuerunt, multo venenato sale defricant, vel ipsius nomen (a quo digni etiam non sunt, qui appellationem trahant) abhorrent, vel actionibus eius non sunt contenti, quas tamen non sine diuino Numine suscepit, quibusue maiores nemo mortalium vnquam peregit. Sunt, quos eadem turpitudine famosos reddit, dum scriptis Lutheri detrahunt, quae tamen siue acumen spectes & iudicium, siue intrepidum, quo exarata sunt, calamum, siue solidae doctrinae copiam, siue alia libris decus conciliantia egregium quid semper ostendunt, quod nullus Pseudo-Lutheranus haecenus potuit imitari, nec vnquam his virtutibus Lutherum aequiparabit. Sunt denique, qui non parum ingrati erga Lutherum merito censentur, dum vel Academiam, in qua docuit, ferre non possunt, vel ipsum Lutheri tumultum, haecenus inuiolatum, falsis relationibus violare annituntur. Haec autem ingrati animi indicia non quidem cuncta apud vnumquemque degenerum Lutheranae Ecclesiae filiorum reperiuntur, habemus tamen in Lutheranis Academiis diuiniore disciplina innutritos, quos non puduit eadem tantum non omnia passim proferre. Inter hos principe loco nomino par illud ignobile fratrum *Gothofr. Arnoldum & Bernh. Petrum Karl*, quorum vterque in Luthero maximis conuiciis onerando cupidissime elaborauit. Arnoldum huius facinoris reum faciunt tum ea, quae pestilentissima eius Haeresiologiae saepe in Lutheri ignominiam inserta; tum infelix labor ab ipso & Karolo impensus *Luthero ante Lutheranismum*, libello famoso & factyraliore ac maleuolentia in Lutherum adeo plena, ut vel

ex



ex vnico hoc specimine luculenter appareat, quam longissime hoc hominum genus a cultu atq; humanitate sit remotum. Vnde vero huic scripto tanta impietas, ille non mirabitur, qui nouit, desumptum illud magnam partem esse ex *Luthero Rediuino*, foetu homine vere fanatico digno & nequitia in pervertendis Lutheri scriptis atq; ad causae fanaticae commodum detorquendis omnes alios superante, quem commendando Spenerus, in cuius gratiam confectus, se valde suspectum reddidit, cordati autem Theologi B. Botfaccus ad calcem Theſium de Clauibus Petri: B. Neumannus in Praefat. praeclarissimo clementissimi REGIS nostri aduersus Conuenticula & Pietistas Edicto Hafniae 1706 promulgato, Wittebergae autem post biennium recuso praemissa: & Venerand. Brakerus noster, cui vniuersa Ecclesia purior, praecipue Flensburgensis nostra multum debet, in noua laudati Edicti Dedicatione summe Reu. Praesuli nostro Dassouio, sincerorum sacrorum in Holsatia patrono ac vindici an. 1711 facta rectissime improbarunt & reiecerunt. Falsus autem est ipse Carolus in concilio quodam sacro, se ea, ex quibus facerrimus liber consutus, collegisse, Arnoldum vero in ordinem redegisse & euulgasse. Vid. Relatt. Innox. 1706. p. 632. Eo fanaticae dementiae se abripi passus est Karolus, quem Rostochiensis Academia olim ciuem habuit, summis in Philosophia honoribus ornauit (conf. B. Habichhorstii Rostoch. Literat. p. 449) & non ineleganter de Germania artibus literisq; nulli secunda disputantem audiuit. Vnde eo magis dolendum, eundem totum nunc in luto Indifferentismi (e) & Fanaticismi haerere, cuius si nullum aliud fecisset indicium  
(fecit

(e) Patet hoc ex Caroli (qui alias sub *Volckmeyer* nomine Ecclesiam turbare studuit) *Allgemeinem Christen-Catechismo*, ex quo eundem Celeb. Wernsdorſius in Diss. de Indifferentismo Carolino Witteb. 1712. egregie huius criminis conuicit.

(fecit autem longe plura. Leg. Starckius de Doctor. Vit. Privat. p. 53 seqq.), vnicum hoc sufficeret, quod manus simul admouerit elaborando pestilenti adeo libro, qui multos fanaticorum scriptorum characteres habet, dum nec annum editionis, nec verum locum, vbi monstruosus abortus in lucem protractus, nec genuinum auctoris nomen, sed, more Pseudo-Lutheranis familiari, falsum *Jeremiae Henactii Christiani* indicat; neq; solum in Lutherum valde iniurius est, verum etiam omnem Lutheranismum supplantare, fanaticismo contra fores pandere eumq; stabilire contendit. Non minori furore Lutherum aggreditur *Christianus* ille *Democritus*, seculi nostri *Lucianus*, qui vt omnia alia (nam nec ipsi Academiae Giffensi, studiorum suorum nutrici, parcat) sic quoq; Lutherum ridet, imo nonnunquam ita mordere allaborat, vt rabido cani non multum dissimilis videatur, quod malefana eius scripta haud raro ostendunt. Hi calumniatores Lutheri eorumq; fratres si non potiori, eodem tamen iure vocabuntur *Ecrivains*, qui n'ont aucune reputation à perdre, quo Baylius l. c. p. 1944 Garasium, Talepiedum, Grenierum aliosque Pontificios Lutherum obtrectantes ita appellauit. Non autem solos hos esse, quibus male Lutherus audit, sed plures, vt iam dixi, eandem saepe cum iis tibiam inflare, dum multa habent, quae in Luthero carpant, experientia edocti fusc probare possemus, breuibus vero saltem facere cogimur, cum limites Programmatis perangusti & ad hanc rem minime satis late patentes nobis sint constituti. Ardorem Lutheri laudatissimum improbando praeter perquam multos alios ingratum se declarauit *Christian. Thomafius*, quem cur tepidos & nimio pacis ac concordiae studio corruptos Theologos prae cordatis diuinamq; veritatem laudabili zelo integram & illaesam conseruare studentibus probet, dudum hanc rationem

nem dederunt nostri rerum diuinarum doctores, quod hi Libertinismo & Scepticismo se opponant, illi tacendo & conuiuendo eum iuuent & promoueant. Ita autem ille in sic dicto Programm. seiner Winter-Lectiōnum n. 28: *War Lutherus nicht ein grosser Lehrer der Wahrheit? Wie herrlich und glücklich gieng alles, so lange FRIDERICVS Sapiens und Spalatinus Luthers allzubitzigen Eyver mit Glimpff suppressirten, und der Chur-Fürst GOTT reformiren und alles sein piano gehen liessen, wann gleich Luther noch so sehr schalt.*

Quae contra haec verba a nostris Theologis in sanio-rem sententiam disputata, nunc repetere non iuuat, neq; de necessitate feruoris Theologici, ad quem Lutherus quoque ipsius Dei minarum, quibus vna cum Laodiceo Praefule omnes tepidos & frigidos Theologos Apoc. III. 15. 16 insequitur, memor se obstrictum sentiebat, post maxime Reu. August. Mullerum in luculenta Diff. *de Feruore, Tepore & Frigora Theologico* auspiciis summe Ven. Wernsdorfii defensa, quaedam afferre. Addo saltem, prudentius longe hoc viro, qui Lutheranae Ecclesiae membrum esse vult, loqui Claudium, Calvinianum, qui etsi l. c. lenitatem quoq; & mansuetudinem in Luthero antea requisit, tandem tamen feruorem illo tempore praepremis fuisse necessarium, his verbis fateri cogitur: *Et peut-être même, qu'il y avoit quelque nécessité particuliere au temps de la Reformation, d'employer la force des expressions pour retirer plus facilement les hommes de ce profond assoupissement, où ils étoient depuis si long-temps.* Veritatem subesse huic asserto, atq; feruorem tum fuisse maxime necessarium, teporem autem cum ingenti Ecclesiae damno coniunctum, luculenter docet exemplum *Phil. Melanchthonis*, viri, si languorem Theologicum excipias, plane egregii & communis Germaniae Praeceptoris elogium, quo eum Morhofius T. I. Polyh. L. I. c. 16. p. m. 196. ornauit, promeriti, de cuius animo in controuersis aduersus hostes

B

veri-

veritatis valde interdum frigido cordati omnes iustas conquere-  
 rendi causas habuerunt, quod patet ex iis, quae B. Affelman-  
 nus de Philippismo fugiendo & B. Io. Frid. Mayerus de nimia  
 Lenitate Melanchthonis sunt commentati. Vnde miror, Io-  
 Fabricio, Helmeftadiensi, Philippistas adeo placere, vt in  
 Epistol. ad Britannos honori sibi ducat, suo nomine eorun-  
 dem cateruam augere. Quae porro ingratisfima Fanatico-  
 rum turba de Lutheri contentione litigandi, honorum cupi-  
 ditate & gratiae aucupandae studio criminatur, ea vix alle-  
 gari, nedum prolixè refutari merentur, posteaquam dudum  
 Mollerus, Selneccerus, Matthesius, Dietericus, Sagitta-  
 rius & magno numero plures Lutheri vindices eandem mali-  
 tiam in Pontificiis, quorum vestigia pro impietate sua pre-  
 mēre hac in re gestiunt Fanatici, detestati sunt & libidinem  
 obiurgandi Lutherum turpissimae iniquitatis conuicerunt.,  
 Prohibeor etiam conuitorum multitudine, quominus bo-  
 nam chartam eorum repetitione perdam; imo taedet adscri-  
 bere mendacia, quae hanc in sententiam tum apud plerosq;  
 Pseudo-Lutheranos & Fanaticos, tum praecipue apud fide-  
 les eorum interpretes, auctores Lutheranismi ante Luthe-  
 rum, in prima statim pagina leguntur. Miserrimi isti homi-  
 nes audent disputationes Lutheri vocare *elende Zänckereyen*, quae  
 tamen de rebus grauisimis & salutem animae concernenti-  
 bus institutae, solido puri Dei verbi fundamento innixae  
 heroicoq; spiritu peractae sunt, & in maximum reipublicae  
 sacrae emolumentum cesserunt. Honorem a Luthero affe-  
 ctatum quando comminiscuntur Pseudo-Lutherani, tenen-  
 tur probare, eum post emendata sacra maiorem dignita-  
 tem gerere voluisse, quam quae iam ante susceptum hoc sa-  
 luberrimum negotium illi erat collata. Gloriam vero eum  
 amplificare contendisse non sui ipsius, sed Dei, cuius cau-  
 sam,

sam, minime suam, se agere probe intelligebat, ipse passim per sancte testatur (f) & totum Reformationis opus comprobatur, cui si vana ambitione ductus se accinxisset, priuasset haud dubie felici illo successu, quo istud, stupente & admirante mundo, diuinum Numen beaui. De virorum summa potestate praedictorum aut fauore aut odio eo minus sollicitus erat Lutherus, quo diuiniore eius vocatio, quam si intrepide cuncta peragebat, etiam si interdum vel ipsis Principibus ea displicerent. Veritas igitur coelestis, pro qua magnanimus vir propugnabat, paucorum gratiam, fauorem, amicitiam & benevolentiam ei afferebat, odium vero Vatiniano maius & acerbissimam indignationem multorum, quos inter ipsi Fanaticorum aui & proavi Muntzerus, Caroloftadius, Schwenckfeldius (g), Storchius, Stubnerus,

B 2

(f) Dominus, inquit in Epistola ad Spalatium L. I. ep. 180, qui scit, me esse "reterrimum peccatorem, *suam causam* siue per me, siue per alium perficiet, quod non dubito." Et in Epist. praecedente ad eundem Spalatium: Omnibus notum est, Eccium nulla alia causa me rapuisse in rem Pontificiam, quam vt me, nomen meum, omnia mea, deniq; Vniuersitatem nostram in ludibrium poneret & conculcaret. Nunc cum videant homines *diuinitus* resisti, me *gloriae insanae* accusant. Quid ego gloriam quaeram miser, qui aliud non peto, quam vt priuatus & latentissimus, deserto publico, agere sinerem? Habeat officia mea, qui volet: exurat mea, qui volet: quid amplius faciam, rogo? Sed hoc simul dico, si non permittor ab officio docendi & ministerio verbi liber esse, certe liber ero in ministerio fungendo. Sat multis peccatis sum onustus: non addam etiam hoc irremissibile, vt in ministerium positus, ministerio desum, & reus inueniar *impii silentii, neglectae veritatis* & tot millium animarum, Plura loca non cumulo.

(g) Hunc *Casp. Schwenckfeldium*, Ossinganum, Enthusiastam & Fanaticum longe crassissimum, ab *ὀμνώνυμω* Gryphimontano, Medico de Historia Silesiae naturali praeclare merito (vid. Mercklinus in Linden. Renouat. p. 163.) Koenigius in Biblioth. p. 740 non satis distinxit. Arnoldus more consueto pro demonstranda eius innocencia Haeresiol. P. II. L. XVI. c. 20. p. 241 seqq.

multa

nerus , Andr. Osiander ( vid. Celeb. Wernsdorfii Disputat. *de Osiandrisimo in Pietismo renato* ) & tota cohors sic dictorum Coelestium Prophetarum , ob habitos conuentus clandestinos , iactatas reuelationes & falsissimas doctrinas sub pietatis praetextu assertas Pietistarum aevi illius nomine dignorum , quorum mores posterius eorum hodieq; imitari sedulo annuntantur. Iidem ingrati homines more maiorum suorum nomen , quo a Luthero , doctrinae nostrae non magistro , sed fido ministro , non auctore , sed salutari instrumento vocamur , cane & angue peius fugiunt , pessimeq; interdum cavillantur. Memini , memet ipsum ex eiusmodi hominibus audiuisse Schwenckfeldianam istam magna ex parte confessionem : Sese sentire neq; cum Papistis , neq; cum Lutheranis ( vid. Schlüsselburgius l. c. p. 28. ) neq; cum Reformatis , neque cum aliis , sed *Christianos* saltem velle nuncupari , non aliam sine dubio ob causam hoc generali nomine vtentes , vel potius abutentes , quam quia nullis Symbolis & Confessionibus specialibus alligari volunt , verum pro libertate , quam sibi sumunt , credendi ea passim decerpere , quae indoli Fanaticae arrident. Non vacat nunc nominatim eos recensere , dabo tamen , qui mentem illorum vberius declarat , eum , quem ipsi in deliciis habent , defendunt , libros eius aliis studiose commendant , & auro cariores aestimant. Is est , quem saepe turpitudinis causa nominare cogor , Arnoldus , qui Declarat. *vom Secten-Wesen* p. 21 ita animi sui sensu aperit : *Nach dem offenbahren Verderben und Sectirischen Greuel desierzigen Lutherthums habe ich mit ihren Wercken der Finsternis nichts zu thun , und bin weder*

multa corrasit , cuius sententiae Christ. Democritus , discipulus eius , in Papiam , Protestant. Vapulant. p. 40. 165 subscripsit. Vterq; autem aequae falsus est ac Bellarminus , qui Lib. IV de Noct. Eccl. c. 10 socium Aug. Conf. pronunciauit. Vid. Wigandus de Schwenckfeldismo : Schlüsselburgius L. X. Catal. Haeres. : Wernsdorfius de Fanaticis Silesior. §. 2. p. 2 seqq. Stockmanus in Elucidar. Haeres. p. m. 546 seqq. & qui ab his copiose citantur.

weder  
noch e  
cus d  
im ge  
kennen  
berto  
Türk  
simu  
in ip  
ther  
haec  
eum  
fister  
ther  
fertis  
prof  
inter  
dum  
( h )  
fan  
rant  
haec  
& is  
pisc  
quod  
adm  
bus  
Pfeu

weder ein falscher, noch ein (im Wittenbergischen Sinn) γνησίως Lutheraner, noch ein Syncretiste, noch etwan dergleichen, sed purus putus Fanaticus & Indifferentista. Ja ich kan mich so wenig vor einen Lutheraner im gemeinen Verstand, als vor einen Türcken, Heyden und Barbaren erkennen, weil vorlängst in gantzen Büchern von Lutbero, Fritschio, Luberto und andern bewiesen ist, daß die Lutheraner noch ärger als Heyden und Türcken seyn und leben &c. En! animum in Lutherum ingratissimum hominis in Lutherano coetu nati, puris sacris olim in ipsa Lutheri Academia assuefacti & non paucis Ecclesiis Lutheranis Inspectoris titulo praefecti. Videt vnusquisq;, verba haec omnia falsitatibus scatere & mera ἐγκλήματα iniqua ac eum, qui amoris exercitium adeo vrget, minime decentia sistere, praeter ea, quibus indicat, se non esse γνησίως Lutheranum. Etenim si Arnoldus in omnibus scriptis & praefertim in Haeresiologia tam ingenue semper veritatem fuisset professus, inter candidissimos illum locum obtineret, quem inter eos tuetur, qui iniquo partium studio capti ad scribendum accedunt. Falsum est, Ecclesiam nostram esse Sectam (h): falsum est Lutheranismum, purum Dei verbum persancte custodientem, Turcismo & Gentilismo hoc ignorantibus esse peiorem. Habet, quod facile concedimus, haec domus non solum σκευή χρυσᾶ & ἀργυρᾶ, sed etiam ξύλινα & ὀστέινα 2. Tim. II. 20: habet hoc rete non meros bonos pisces, sed etiam σαπρῆς Matth. XIII. 48: habet hoc corpus quoq; putrida membra, at propter quosdam malos bonis admixtos vniuersum ordinem damnare & atris adeo coloribus depictum exhibere, vti praeter Arnoldum longe plures Pseudo-Lutherani fecerunt, nae! illud inhumanum est, &

B 3

pieta-

- (h) Prolixè in hanc rem inquisiuit Gustauius Georgius Zeltnerus, Theologus Altorfianus, in Tertullo obsecratore h. e. Diss. Theologico-Critica, qua Ecclesiam Evangelicam non esse Sectam idoneis argumentis ostenditur & criminationes aliae diluuntur, Altorf, 1711,

pietatem, qua prae aliis excellere volunt, in impietatem convertit, docetque, quod non merus sit lusus transpositione literarum factus, quando vox *Pietismus* puro anagrammate in verba: *est impius* permutatur, sed conditio eius magis idoneo verbo non exprimitur. Demonstrant hoc insuper varia dogmata de Anima Mundi, Emanatione ex Deo, Deificatione (i) & alia βδελύγματα in spuria praesertim & impura illa Theologia Mystica, a Fanaticis tantopere adamata, occurrentia, quae a gentilibus, praecipue Platone mutuo sumta, vti B. Bücherus in *Platone Mystico in Pietista Reduino* & in *Mensibus Pietisticis* solide euitit. Demonstrant hoc opera tenebrarum in eodem obuia, ex quibus commemoro saltem exempli loco ingentem illam scommatum, ludibriorum, aculeate dictorum, libellorum famosorum, criminationum copiam, quando Theologi erroribus Ecclesiae nocentibus pro officii ratione se opposcentes aggressorum & sicariorum nomine traducuntur; imo omnes sanae doctrinae retinendae inuigilantes nunc Pseudorthodoxiae (k), nunc Huberianismi (l), nunc Pelagianismi (m), nunc Barbarismi (n), nunc Babelismi (o), nunc Papismi (p) postulantur. Demonstrant

- (i) Vid. B. Neumannus de Apotheosi Fanaticorum.
- (k) Patet hoc ex Magnif. V. E. Loescheri, Theologi magnis in Ecclesiam nostram & omnem rem publicam literariam meritis inclyti, Diss. contra Conuictum Pseudorthodoxiae in orthodoxos doctores ab ἀπαιδεύτοις aliquot recens coniectum.
- (l) Leg. B. Neumanni Diss. de Huberianismo falso nobis imputato.
- (m) Conf. laudati Loescheri Diss. contra Criminationem Neo-Pelagianismi recens orthodoxis doctoribus impositam.
- (n) V. quae contra *Anti-Barbarum* praeter alios Cl. Ianus disputauit.
- (o) Ita non sine furore Schadius, Ecclesiastes Berolinensis, von Verbesserung der Beicht-Wesens: „Was Kirche! Kirche! der HERR zeigt mir, daß ich sampt euren Kirchen, davon ihr euch rühmet, zur Hure geworden, und das nicht nur, wie ihr Lutherische und Reformirte Kirchen-Preiser lehre



aliae improbitates, quas Cel. Edzardus, pro eo, quo fertur in puritatem diuinæ scientiæ amore in *Impietate cohortis Fanaticæ plus quam apodicticis argumentis ostensa* Hamb. 1703. 4. intrepido animo est detestatus. Ex quibus omnibus nullo negotio elicitur, Pietismo & Fanaticismo istud nomen esse tribuendum, quod Lutheranismò Arnoldus & socii imponunt. Dum vero Lutheranae, cuius nomen ipsis foetet, Ecclesiæ malam adeo & penitus deprauatam faciem maligne adumbrant, Lutheri Reformationem minime sufficientem fuisse & omnibus reipublicæ sacrae vulneribus medicinam attulisse clamitant, eoq; ipso in nouum ingrati erga Lutherum animi crimen incidunt. Equidem multi, quæ est subdola eorum mens, emendationem a Luthero factam non prorsus culpant, interim aliqualem tantum doctrinæ purgationem (*ziemliche Reinigkeit*) per eandem partem esse opinantur, in pudorem danda Petr. Mosellano, Pontificio, qui in Epist. ad Iul. Pflugium de Colloq. Lips. inter Lutherum, Carolostadium & Eccium, quæ multa habet candoris plena de Luthero eiusque Reformatione testimonia, *Theologia*, inquit, *in pristinam sinceritatem strenue restituitur*; vitæ autem emendationem ei abiudicant & hodieq; perficiendam restare dicunt (q), quam tamen ex vera & a sordibus impurae doctrinæ liberata fide sponte fluere certissimum est. *Vnde*, ait Seckendorf. *Comm. de Lutheran. L. III. p. 543. a. Lutherus saepe monuit, ante omnia doctrina-*

und haltet, die Pâbstliche Römische Kirche; sondern mit und nebst derselbigen der euffere Hauffe aller aus ihr entstandenen Secten und Trennungen, Lutherisch, Reformirte zur grossen Babylonischen Huren mitgehören. "

- (p) Commento huic B. Neumannus in Diss. de Papatu Ecclesiæ Orthodoxæ se opposuit.
- (q) Loca hoc probantia diligenter collegit idem Neumannus in luculenta Diss. *de Reformatismo Ecclesiæ nostræ intentato.*

doctrinam de fide & moribus ab erroribus purgari & recte constitui debere, ex ea deinde vitae emendationem sperandam esse. Praeprimis de utilissimo hoc Lutheri negotio abiecte, iniqui & impudenter loquitur Halensis ille Ictus supra adductus, qui in citat. Progr. *Wie herrlich, inquit, ginge alles so lange der Chur - Fürst GOTT reformiren und alles fein piano geben ließ, wann gleich Luther noch so sehr schalt, und seinen Kützel zureformiren für einen starcken Glauben, des frommen Fürsten Klugheit aber für eine politische Kleingläubigkeit ausgabe. Wie giengs aber, so bald als Luther aus seinem Pathmo auslief, und sich in das Reformations - Werck einmischte, auch die Händel mit Carlsrad und sonst anfieng? Ist nicht daraus das Unglück entstanden, daß die Protestirenden im Römischen Reiche, ja in Europa noch nicht verwinden können. Ita satis dictatorie de negotio sacro sententiam dicit Ictus, cuius verba longe vberius examen requirunt, quam mihi quidem nunc instituere datum est. Paucis obseruo, male puritum reformandi Lutheri adscribi, cum emendationem summa necessitas efflagitaret. Viuebat Lutherus eo tempore, quo inueniebantur homines iurata fide asseuerantes: se nescire, quid sit Nouum Testamentum, quoue Ecclesiae agro iure competeat Maronianum illud:*

*Infelix lolium & steriles dominantur auenae*

quia incorruptae sacrae doctrinae loco Siculae gerrae a Quodlibetariis, Summulistis, Thomistis, Scotistis, Bricottis, Holcottis, Occamistis & aliis eiusmodi barbaris hominibus tractabantur. Miseriam istam testatur ipse Lutherus in Praef. Catechismi Min: *Vulgus, praesertim illud, quod in agris viuit, itemque pleriq; Parochi, adeo nullam Christianae doctrinae cognitionem habent, ut dicere etiam pudeat — — Orationem Dominicam, Symbolum Apostolicum & Decalogum non modo non intelligunt, sed ne verba quidem referre possunt. Quid multis moror? nihil omnino a bestiis differunt. Add. Spangenbergius Conc. I. de Vita Lutheri d. 6; praecipue vero Aurifaber in Dedicat. T. I. Epistol. Lutheri, vbi de infelicissimo*

sim  
pre  
rena  
—  
ebor  
mae  
qui  
hoc  
ritu  
inc  
hoc  
rog  
ciur  
sacr  
mer  
cult

fima temporum Reformationem antecedentium conditione  
 proluxe differit & inter alia ita inquit: *Inciderat aetas Lutheri in hor-*  
*rendas tenebras & idololatrias, quibus Ecclesia tanquam in ceno immersa erat.* —

— *Non doctrinae Prophetarum & Apostolorum vigeant, sed somnia mona-*  
*chorum, doctrinae daemoniorum, humanae traditiones & Aristotelis, Tho-*  
*mae, Scoti & aliorum libri regnabant in suggestis.* Iudicent igitur ae-  
 qui omnes, ane Lutherus vrgente maxima necessitate opus  
 hoc aggressus sit, minime autem quodam reformandi pru-  
 ritu. Dixerim ego potiori iure, eos reformandi prurimum  
 incedere, qui Lutheri Reformatione non contenti nouam  
 hodie Ecclesiae nostrae moliantur, dum sacrum ordinem ab-  
 rogatum cupiunt, docendiq; & quaeuis sacra peragendi offi-  
 cium omnibus commune faciunt (r): sermones publicos  
 sacros improbando suppressere student: sanctissimis Sacra-  
 mentis, Coenae (s) pariter ac Baptismi (t) insidias struunt:  
 cultum publicum intermittendum suadent & eius loco pri-  
 vatos

C

vatos

- (r) Vid. peculiaris Observatio Halens., in qua non sine diro ministrorum Ecclesia-  
 sticorum contentu asseritur, quemlibet sui ipsius Sacerdotem esse posse. Huc  
 pertinet *Io. Merckerus*, Pastor Ecclesiae Evangelicae Essenensis in West-  
 phalia, cuius librum scandali plenum *von der Freyheit zu leben und der*  
*Gewalt der Schlüssel* 1703 euulgatum Celeberr. Wernsdorffius in doctissi-  
 ma Disp. de Libertinismo docendi castigauit.
- (s) Quid Schermeri Bremae, Arnoldus Quedlinburgi, alii alibi egerint, hodieq;  
 agant, satis notum est. Recentissimus, qui S. Coenam oppugnarunt, Ham-  
 burgi summe Reu. Ministerium & Celeb. Fabricius: Rostochii Venerand.  
 Weidnerus & Sentius optime resisterunt.
- (t) Ex huius perquam multis hostibus inter eos quoque, qui Lutherani coetus  
 membra malunt videri, quam esse, memoro saltem ministrum illum sacrum  
 Magdeburgicum, qui ante paucos annos Paedobaptismum mirum in modum  
 sugillauit, sed frustra, vti egregiae *Vindiciae Baptismi Evangelico-Lu-*  
*therani* contra eius conatus a Venerand. *Chladenio*, Theologo de Acade-  
 mia Wittenbergenfi & omni coetu puriori Lutherano praeclare merito, quem  
 fidelissimum mihi sacrae scientiae doctorem obtigisse non parum gaudeo,  
 an. 1712 conscriptae ostendant.

vatos congressus introducunt (v): dies festos & omnes sacros non celebrandos putant: clauium potestatem vel arctioribus limitibus circumscribunt, vel plane reiiciunt: elenchum tolerare nolunt: excommunicationem Ecclesiasticam in Scriptura & antiquitate fundatam Ecclesiae adimere contendunt (x): Systematum Theologicorum esse in Ecclesia usum negant, eademq; tantum non more Papistico inter libros damnatos & prohibitos referunt (y): Scholas tanquam reipublicae noxias abolendas dicunt (z): eruditionem &

- (v) Conf. Ven. Hartschmidii, Theologi Argentoratensis, de Conuenticulis Disputationes.
- (x) Fecit hoc potissimum ille, quem ex coetu puro Lutherano propter malignum erga Ecclesiam nostram animum publica formula proscribendum suavit Veielius, inclutus Vlmenfium Theologus, Gothofredus nimirum Arnoldus, cuius conatus summe Ven. Fechtius, Theologus cum paucis comparandus, praeclarissime represit, Add. Cl. Krakeuitzii de Excommunicatione Ecclesiae, Dissertationem.
- (y) Imo nonnulli Talmudi & Alcorano equipararunt, vid. B. I. F. Mayeri Diss. de Pietistis, Socinianismo circa contemptum Systemat. Theologicorum. Quam male hoc fiat, laudatus modo Fechtius in Diss. de Studii Bibliici cum Systematico connexionione, huiusque diuina Origine: Ven. Schelguigius in Synopsi p. 15 seq. & alii disquirunt.
- (z) Vid. Oberu. Halens. T. I. p. III seqq. Alia longe mens fuit Phil. Melancthonis, magis certe idonei iudicis, qui in Actis Wormaciensib. P. IV. Opp. p. 685.  
 „ In Scholis, inquit, non solum Ecclesiae Seminaria sunt, sed etiam ibi prae-  
 „ parantur ingenia ad omnem reliquam vitae gubernationem. Imo scholae  
 „ sunt fontes humanitatis in tota vita, quibus neglectis necesse est sequi magnas  
 „ tenebras, confusiones regionum & superstitiones, legum & literarum atq;  
 „ artium interitum, obliuionem antiquitatis & historiarum, morum feru-  
 „ tatem, denique infinitam barbariem morum & omnium vitae partium.  
 „ Quare omnes sapientes gubernatores maxime iudicarunt, scholarum con-  
 „ stitutionem ad rempublicam pertinere & bene constitutas, praecipuum de-  
 „ cus & ornamentum esse ciuitatum. Quanto magis in Ecclesia tuenda sunt  
 „ scholae? in quibus conseruatur & propagatur doctrina Euangelii & tradun-  
 „ tur aliae bonae artes, vtilis tum ad explicandam coelestem doctrinam, tum  
 „ ad reliqua vitae officia gubernanda. Plura in eandem sententiam dabit B.  
 „ Balhaf. Meisnerus in Orat. de Academiis cum Arca Noachi comparatis p. 1  
 „ seq. Add. Boeckmanni Vindic. Scholar. in rep. necessariar.

& profanas scientias vt Christianismo nocentes traducunt & extirpare annuntantur (a): aliaue plura nouandi studio tentant, quae infelices hos reformatores infani reformandi pruritus manifeste conuincunt. Refero huc eos etiam, qui Ecclesiam talem relinquere nolunt, qualis a Luthero emendata & a scoriis Papisticis & Calvinianis purgata, sed quae ille maximo studio separauit, denuo combinare audent, nostramq; religionem vel cum Papismo (b), vel, quod maiori conatu agitur, cum Calvinianismo commiscere allaborant, dudum elusi ab ipso Luthero, cuius verba nostrorum temporum rationem exacte delineantia ex T. VII. Ien. f. 325 seq. non possum non repetere: *Es haben ietzt, inquit, etliche Kliglinge anzu flicken, wollen der Sach raten, und den Hader schlichten, geben für, man sollte auf beyden Seiten weichen und nachgeben: Die lassen wir zwar machen und versuchen, was sie können, gönnen ihnen der Mühe wol, werden sie den Teuffel fromm, und mit Christo eins machen, so sind sie die Ersten. Ich halte aber, es sey mit solchem Flick-Werck eben wie Jesus Strach am 22 sagt, als wann man Scherben wolt zusammen flicken. Und sind zwar bereit der Schuster viel gewesen, so sichs unterstanden, aber auch umsonst gearbeitet und beyde Drath und Stieb verlohren. In andern Sachen, was unsers Thuns ist, oder Ceremonien und dergleichen eusserlich Ding betrifft, da mag man sich vergleichen und flicken, was man kan; aber was den Glauben und Christi Reich betrifft, da man seinen Scepter will beugen und ungerad machen, da will Er kein Bessern noch Flicker haben. Und ob man sichs unterstehet, so macht man es nur damit ärger, daß mans gar verleuret. Denn dis Scepter soll und muß gantz und gerad bleiben obn alle Brüche und Lücken, als die Regel und Maas, darnach man glauben und leben soll.* Non minus incommode & odiose de Luthero porro affirmat ICtus, quod Reformationis negotio se immiscuerit. Quasi vero Luthe-

C 2

rus

- (a) Eadem dementia in Bogomilis fuit deprehensa, vnde inter hos & Rosenbachium similesq; ex fece hominum indoctorum nouatores comparisonem infitui posse non obscure innuit Clar. Wolfius in Histor. Bogomilor. p. 130.
- (b) Euolu, Relatt, Innox, 1705, p. 351 seqq. 1709, p. 44. seqq.

rus suo arbitrio & non ab ipso Deo excitat<sup>9</sup> tantum opus, quod facile iudicasset, humanos humeros ferre reculare, nisi Numinis auxilio se suffultum credidisset, orsus sit, isq; saltem inter eos fuerit, qui aliquo modo rem hanc iuuerunt, non autem persona princeps, per quam Deus eam effici curauit. Facile autem apparet, quorsum haec inique dicta tendant. Scilicet vt eripiatur Luthero honor coepti primum Reformationis negotii & forsan cum Arnolde Haeresiol. P. II. L. XVI. c. 5. p. 41 in Zwinglium transferatur, cui tamen permulti ex ex ipsis prudentioribus Reformatis eum adiudicare non sustinent. *Initium Reformationis, inquit Altingius de Eccless. Palatin. in principio, non aliunde rectius deducemus, quam a primo renati Euangelii praecone Martino Luthero.* Add. Bucholcerus in Indic. Chronolog. Spanhemius in Introd. sec. xvi ac alii. Conf. quae hac de re differunt B. Kromayerus in Scrutin. Religion. p. 211 seq. & Cl. Crenius P. ix Animaduers. p. 209 seq. *Tota res haud difficulter ad liquidum perducitur, si non solum attendamus ad Sleidanum, aevi istius fide dignum scriptorem & Heluetiis vicinum, sub finem L. I Comm. de Statu Relig: p. m. 27 docentem, Zwinglium anno demum 1519 Samsoni sese opposuisse; sed etiam agnitionem necessariae facrorum emendationis eiusq; desiderium ab ipsius emendationis susceptione secernamus. Illa dabimus etiam Wesfelo, Keifersbergio & pluribus: hanc soli Luthero vindicamus. Cetera, quae de Lutheri fide profecto magna & longe maiore ea, quam Ictus ipse prodidit: de Carolo studio (c) aliaque profert, quantopere a veritate abludant, omnes Reforma-*

(c) Hic turbulentus homo in T. III Observat. Halens. German. Obs. 8. non solum defenditur, sed etiam maximis encomiis & aenea statua dignus iudicatur, quod quam immerito factum, patebit ex B. Siricii Exercitat. de Carolo studio, quam Vener. Goetzius, Lubecensium Antistes, Elogg. German. Theol. Sec. XVI & XVII affixit.

form  
Auct  
auch  
grat  
liora  
homo  
coho  
meli  
tenu  
addi  
Libros  
ticul  
rum  
illa  
conf  
Ele  
est.  
sunt  
runt  
preh  
cum  
cum  
conf  
eosd  
tibus  
Dipp  
Götze  
hinter  
Idem  
just d  
halten  
schäd

formationis historiae periti abunde norunt. Hinc bene Auctor *der Gewissens-Rüge* p. 57 inquit: *Hätte Herr T. Lutheri Wege auch nur im geringsten Theil erfahren, so würde ihm der Kützel Lutherum ingrato & iniquo animo also durchzuziehen wol vergangen seyn.* Non meliora fata experti sunt libri quidam Lutheri, quos infrunita hominum grati erga hunc diuinum virum animi obliorum cohors non debita reuerentia, sed iniusto contemptu & contumeliis excepit, neq; laudibus eorum amplificandis, sed extenuandis, supprimendis & obscurandis operam studiumque addixit. Huius asserti probandi gratia adduco primum *Libros Ecclesiae nostrae Symbolicos*, quos inter vti tres integri, Articuli nimirum Smalcaldici, & vterq; Catechismus ad Lutherum pertinent, ita quoq; partem quandam habet in augusta illa Augustana Confessione, siquidem Philippus in eadem conscribenda stylum moderans Articulis XVII. a Luthero Electoris iussu Torgaviae compositis fundamenti loco vsus est. Horum praestantiam alii multis artibus debilitare nisi sunt; dum vel diuinorum scriptorum encomium eis inuide-runt; vel errorum in iisdem, vt falso sibi imaginantur, deprehenso- rum maculam illis asperserunt, ideoq; non QVIA cum sacro codice exactissime congruunt, sed QVATENVS cum eodem concordant, iis subscribendum esse improbando consilio suaserunt. Alii vero velut aperti & iurati hostes eosdem adorti sunt, & iniquissimorum conuitorum arietibus hoc Lutheranae religionis munimentum oppugnarunt. Dippelius enim in *Papism. Protestant. Vapulant. appellat Götzen der Blinden, voll Irthümer* p. 53 seq: *absurde und unnütze Bücher, hinter welche der Teuffel steckt, ein Straff-Gerichte Gottes* pag. 56 seqq. Idem in *Clyp. Verit. c. 5* inquit: *In den Symbolischen Satzungen ist just das Allerschlimmste, und die rechten Excrementa der Lehre Lutheri enthalten.* Arnoldo vor unnützlich erkannt, irrig und ohne Praxi, unnötzig, schädlich, verwerflich audiunt. Leg. saltem index P. II Haeresiol. adie-

adiectus. Alius vero iuuentuti in Orphanotrophio, ex quo nouum aliquod mundi miraculum nonnulli faciunt, docenda praefectus sentit, *das Ordiniren und Eidschwören auf die verkehrte Menschen-Satzungen der Libror. Symbolicor. sey ein Mahlzeichen des Thiers, und in den Libris Symbolicis würden viel göttliche Wahrheiten verdammt. Vid. Relatt. Innox. 1707. p. 234.* A pluribus eiusmodi flosculis (quorum aliquos vide etiam in B. I. Frid. Mayeri Disp. de Pietistar. Socinianismo circa contemptum Libb. Symbolicor.) mihi tempero: neq; enim memoriam calumniarum aeternis tenebris dignarum placet renouare. Istud saltem addo, eos quoque iure huc referri, qui videri volunt, se procufos suos novos Catechismos Fanaticis erroribus onustos ad mentem Catechismi Lutheri effinxisse. Fecit hoc praeter Peterfenium (de quo vid. Magnif. Wernsdorfius de Osiandris. p. 37) Karolus, qui impudenter valde & subdole *Catechismum ex Catechismo, oder Anti-Pietistischem Catechismo aus dem kleinen Catechismo Lutheri 1706* euulgauit, errores de perfectione in hac vita obtinenda, de religionibus inter se non discrepantibus &c. ex Lutheri Catechismo defensurus. Adeo vera est querela ab ipso Luthero in Praef. Articul. Smalcald. his verbis instituta: *Virulenti homines non tantum ex aduersariis, sed etiam falsi fratres, qui nobiscum se sentire aiunt, mea scripta & doctrinam meam simpliciter contra me adferre & allegare audent, me viuente, vidente & audiente, atiam sciunt, me aliter docere, & volunt virus suum meo labore exornare & miseros homines meo sub nomine decipere & seducere. Quid ergo, bone Deus, post obitum meum fiet?* Quod vero hi libri Lutheri cum ceteris Symbolicis tam vehementer a Pseudo-Luthernis pressi non opprimantur, cauit singularis Dei prouidentia, excitauitq; horum vere aureorum scriptorum vindices Albertum (d), Fechtium (e), Wernsdorfium (f), Sonntagium

(d) De praestando categorice in Libb. Symbolicos Iuramento, Lips. 1690.

(e) Vid.



tagium (g), Schelguigium (h), Edzardum (i), Schroererum (k) & plures, viros propter summa in coetum Lutheranum falsae doctrinae labe non infectum merita & meam & omnem laudem superantes. Vix leuior iniuria illata est Lutheri *Germanicae Bibliorum Translationi*, licet illa inter reliquas caput adeo effert, vt Seckendorffii, intelligentis sane aestimatoris, iudicio l. c. L. I. p. 205 ideo *immortales laudes Lutbero debeat Germania, quam, si nihil aliud vnquam ei praestitisset, vel hoc vno translationis Bibliorum labore, tanto beneficio affecerit, quale nullum per omnia retro secula post coeptam Euangelii praedicationem illi contigit, aut in posterum sperari potest; imo ea cum cura & studio sit confecta, vt ab ipso magno Scaligero in Scaligeran. Prim. p. 104 Vetus ab illo translatum Foedus hoc praeconium obtinuerit: Lutherus doctus vir in Hebraica lingua, ex qua bene Biblia verit. Haec tamen omnia veritati neutiquam contraria a Pseudo-Lutheranis sunt neglecta, quin non ea, qua decebat, reuerentia eam aggressi & illius pretium (quod hodieq; apud prudentes, ac spiritu vertiginis haud abreptos integrum seruat) minuere tentantes, hoc quoq; nomine ingratos aduersus Lutherum se praestiterunt. Nonnemini vocabulum *Stifts-Hütte* in Megalandri versione adeo displicuit, vt propter illud ex Bibliis eiiciendum peculiarem obseruationem Obseruatt. German. Halae (vbi quoq; translatio Lutheri a *Franckio*, contra quem praeter alios Lutheri causam egit summe Ven. Daffouius, & aliis*

- (e) Vid. Breuis Enodatio Qu: Vtrum Libri Symbolici vere an aequiuoce dicantur Diuini? recentissimis diuini depositi contemtoribus, in primis God. Arnoldi criminationibus opposita Rostoch., 1705.
- (f) Egredia eius Diss. de Auctoritate Librorum Symbolicorum an. 1698, Witteb. edita.
- (g) In Depulsione VI paroramatum L.L. Symbolicis impactorum.
- (h) Conf. eius Synops. Artic. V. p. 57 -- 82.
- (i) Leg. ipsius Vindiciae Librorum Symbolicorum, oppositae Io, Mich, Langui caullationibus. Hamb. 1705. 4.
- (k) in Anti-Dippelio. Witteb. 1701. 4.

aliis multa est perpeſſa) editis T. II. n. 14 inſertam conſcribere neceſſe duxerit. Quas *Chriſtoph. Seebachius*, quas *Ren. Andr. Kortbunius*, quas alii nonnullorum ſaltem librorum *Biblicorum* nouas verſiones procudendo cenſuras incurrerint, recenti memoria tenemus. *Io. Reinb. Hedingeri* Nouum Teſtamentum eandem ob cauſam *Cl. Schröderus* in Diſp. de N. T. *Hedingeriani Erroribus Pietiſtic.* auſpiciis *B. Mayeri Gryphiswaldiae* 1707 habita tum paſſim, tum praecipue p. 41 ſeqq. notauit. Vtinam *Bibliorum Württembergienſium* editio 1704 ex eodem capite non accuſaretur, quod tamen iure fieri, ea docent, quae celebris quidam Theologus *Relatt. Innox.* 1705. p. 607 inferi curauit. Vtinam quoq; Lutheri honor datae optima<sup>e</sup> Bibliorum translationis illaeſus & illibatus reperiretur in conatibus *Casp. Ern. Trilleri*, Rectoris olim Ilefeldeniſis, ſed ab officio remoti, cum nouarum rerum ſtudii & Socinianismi ſuſpectus fieret. Vid. Ven. *Schelguigii* Exercitat. de *Dono Fidei* Iuſtificant. ad *Ephes. II. 8.* eidem oppoſitam p. 5. & *Cl. Zeltneri* Diſſ. de *Nouis Biblior. Verſionib. German.* non temere vulgandis contra eundem & Reizium (ob ſimilem Lutheri translationis reprehentionem famoſum) conſcriptam p. 127. Illo enim qui Biblius a *Luthero* Germanica lingua expreſſis magis fuerit inimicus, vix quiſquam inuentus eſt, etiamſi multa opera hoc a ſe amoliat. Euulgarat ille iam an. 1699 *Unterſuchung etlicher Oerter des Neuen Teſtaments, die wegen bißher übler Überſetzung die Wahrheit aufgehalten haben*, quem libellum vel ipſa inſcriptione odioſum perlustrans & examinans ſumme Ven. *Fechtius*, phraſes obſcuras, otioſas, iniurias & heterodoxas euidenter ex eodem oſtendit. Dignae ſunt, quae legantur, eius *Obſeruatt.* ad hoc ſcriptum *Roſtoch.* 1706. Proſecutus eſt interiectis aliquot annis hunc laborem *Trillerus*, donec tandem an. 1703 integrum Nouum Teſtamentum

mentum orbi obtrufit. In eius Praefat. p. a 3 quare Lutheri  
 versioni non fit tenaciter inhaerendum, hanc caufam praeci-  
 pua allegat: *Da in den vornehmften Stücken, worauff der Seelen See-  
 ligkeit berubet, oft ein gefährlicher Irrthum ſich hervor thut*, quo num-  
 quid in B. virum periculofos errores, ſi quisquam alius, non  
 inuehentem ac promouentem, ſed debellantem & extirpan-  
 tem magis iniurium atq; ingratum dici poterat, vehementer  
 dubito, praefertim cum Trillerus ad hoc aſſertum proban-  
 dum a multis Theologis Eccleſiae noſtrae grauiffimis verbis  
 prouocatus, ſolo ſilentio indicauit, quod his dictis ne ſpe-  
 cium quidem aliquam veritatis haecenus potuerit conciliare.  
 An vero huius noui interpretis & ſociorum labores Lutheri  
 versioni iure praeferrantur & an eos commendent nouae illae,  
 obſcurae, inuſitatae & inconditae dictiones *zuweſentlich Brodt,  
 äret* & *επιδο* Matth. VI. II: *Ungeſetzlichkeit ἀνομία* Matth. VII. 23:  
*unſündig*. Ioan. VIII. 8: *Bewußtheit* Hebr. X. 3: *Unverderblichkeit*,  
 I. Tim. I. 10. &c. in Trillero (1), in aliis aliae: itemque ne-  
 glectus Idiotismi non negligendi (m), cuius Lutherus mul-  
 tam rationem habuit, & eo ipſo translationi ſuae tanquam reli-  
 quarum reginae formam donauit, de eo prolixius multo debet  
 diſquiri, quam mihi quidem nunc eſt conſeſſum. Perutilem  
 hic operam praefertit Zeltnerus in ſcripto paulo ante adducto,  
 quocum B. Grapii Diſſ. de Verſ. Lutheri Germ. meretur con-  
 iungi. Rem omnem neruoſe & perquam egregie declarant  
 haec B. Aug. Pfeifferi, peritiſſimi iudicis, verba in Exercitat.  
 de Henocho c. 2. §. 9. p. m. 26: *Huius diuini viri translationem dum  
 D* *hodie*

(1) Sane miror, Trillerum aequae ac D. Lutherum vocem *περοήλυτ* reddidiſſe  
*Juden-Genoſſen* & non *Zukömmling*.

(m) Recte Anton. Borremannius in nitido Var. Lect. libro p. 118 ſeq: *Iſtud mihi negare nemo  
 poterit, diligenter imprimis perſcrutandum eſſe cuiuſq; linguae genium, vt ſciatur,  
 vbi verbis ſit inhaerendum, vel ab iis plus minusue declinandum. In eo enim nego-  
 tium omne conſiſtit, vt eleganter iuxta ac vere auctoris ſenſum verſione noſtra lectori  
 ob oculos ponamus. Qui hoc conſequutus fuerit, is omne punctum tulit. Maxime  
 autem neceſſarium eſt, vt idiomatica idiomaticis vertantur, quod neglectum obſcuri-  
 tatis plurimum parit, adeo vt quid dicantur, ſaepe non intelligas.*

hodie a semidotis passim carpi & traduci videmus, merito Saletarū h̄rog. Post Columbum poterant nouos orbes certatim detegere: post Lutherum quiuſ Paedotriba de trinio Scripturam vertere potest, imo peruertere. Leonī mortuo insultat & ridiculus mus. Apud nos aurea eius translatio in eo est pretio, vt ipsi ob deuotū primas ex omnibus deseramus. Ille solus p̄misses exprimere phrasibus & voluit & valuit. Verbum reddere verbo, mediocris ingeni opus est. Non satis autem fuit ingratis Pseudo-Lutheranis inclementius tractasse personam, actiones & scripta Lutheri: ipsum quoq; locum, quem Lutherus velut sol Theologorum illuffrauit, adeo iniqua censura tantum non omnes vexarunt, vt haud praeter rem docuerit Celeb. Wernsdorfius in Dissert. de Ofiandrism. §. 29. p. 46, quod iam a duobus seculis constet, characterem Fanaticorum esse, odisse Vitembergam. In Kuhlmannum, Müntzerum, Stengerum, Spenerum & alios ideo Vener. Loescherus de Criminat. Neo-Pelagianism. p. 2 seq: in Peterſenium autem B. Neumannus de Chiliasm. Subtiliff. p. 26 seq. animaduertent. Dippellii scomma in Unparth. Gedanken p. 57 de Cathedra Lutheri ter corrupta de corrupto plane eius ingenio praebet testimonium. Wincklerus, Magdeburgicus, in Arcan. Reg. §. 9 fraudulentō animo fraudulentiae accusat Wittebergenses & dolos (Wittenbergische Tücke) iis tribuit, quorum tamen neutiquam eos potuit conuincere; illi vero animum eius erga Ecclesiam, in qua viuūt, Lutheranam minus ingenuum & sincerum eo apertius demonstrarunt, quo periculofiori conatu Vnionis negotium, quod vere Lutherana sacra paulatim extirpanda & Calvinianismi fines dilatandos minatur, libello arcani veneni pleno & Regiis, quibus illud subiicere non erubuit, oculis haudquaquam digno iuuare tentauit. Prorsus vero hic βαρβαρὸς Auctor Lutheri Rediuii (n), qui p. 14 seq. eiusmodi criminationem effudit: *Laß dich das Ansehen der Vniuersität von Lutheri (Speneri) Lebre nicht abschrecken, denn du wirst Cbristum* cher

(n) Quo iure quate conscientia hic a Maio in Theolog. Lutheri p. 16 viris de Ecclesia optime meritis accenseatur, B. L. ipse iudicet.

eber unter den Zimmerleuten finden, denn unter diesem Volck. Darum will ich fortfabren, und der unverfchämten Gomorrhben Zeugnis anfehen und das unverfchämte Maul der groben Blöcke zuftopfen. Idem l. c. p. 33 hanc calumniam Pietistica fere maiorem in orbem emittere non est veritus: Sie fitzen im Stuble, da die Spötter fitzen, denn es ist ihnen kein rechter Ernst weder mit ibrer Lehre noch Leben. Sie können ja nicht Lutheri Stubl-Erben feyn, denn sie verflören sein Ampt und Lehre mit ibrer Lehre. Consentit Arnoldus (o) tum in Haeresiologia, in qua passim bilem aduersus eam effundit, tum in Declarat. vom Secten-Wesen, vbi p. 20 Die Wittenberger, inquit, sind bißher handgreifflich durch so manche Zeugnisse ihres gänzlichen Abfalls von dem seel. Luthero überführet, und darüber verstummet. Adeo ducti odio, quod veritas & studium pro veritate parit, denigrare voluerunt Leucoream Almam Pseudo-Lutherani atrii carbonis nota dignissimi, quoniam hic, vti in multis aliis Academiis, per diuinam clementiam non inuenerunt, qui fauerent Fanaticismo & Pseudo-Lutheranis frigidam suffunderent, sed potius strenuos diuinæ veritatis vindices, aduersus sincerorum sacrorum inimicos intrepide & heroico animo militantes. Vnde atrox calumnia est, quod obmutescant: atrocior, quod vitæ inculpatae (quæ apud Fanaticos & Pseudo-Lutheranos longe rarius, quam vulgo putant, reperitur) studium negligant & serio rem non agant (p): atrocißima, quod a doctrina per Lutherum emendata recedant. Aliud norunt fanæ Theologiae periti omnes: maxime insignia merita in puriorem doctrinam Deutschmanni, Loescherorum, Hannekenii, Neumanni, Wernsdorffii, Feustkingii, Chladenii, Schröeri, Klaußingii, Iani & longe plurium ostendunt ac scripta magno numero ὁφθαλμοφανέως demonstrant. Quare admōdo egregie maximo Reu. Brakerus, Flensburgi nostri & totius orbis literati decus, l. c. p. 3 seq. Das geſegnete Wittenberg, inquit, die erste Mutter der Euangelischen Kirchen, welche nach überſtandenem Crypto-Caluiſiſchen Paroxiſmo die eiſrigſte Vertreterin der theuer anvertrauten Beylage reiner Lehre wider alle Hollen-Pforten beſtändigſt abgegeben, und ungeſcheues den

(o) Hanc verissime in matrem hanc suorum studiorum alumnorum omnium in-gratissimum dixit Loescherus l. c. p. 2.

(p) Aperiam aliud longe docentem animum B. Neumanni, quem reliquorum etiam mentem dedidisse sum persuasus. Ita vero ille de Reformatism. p. 5: Poteram perinde ac alii vel pertinaci sileatio quietem mihi ab inquietis hominibus redimere, vel blanda collatione ingenii & doctrinae encomia facile reportare. Sed traxerunt me in hanc arenam tot gemus Ecclesiae publici, tot infirmorum scandala, tot studiose iuuenturis fluctuationes. Nec vnaquam me tam commouebunt calumniatorum conuitia, quantacumq; fuerint, quam me quotidie illud pungit ac discruciat; tam insignem Ecclesiae Doctorem (Spengere innuit) in rebus fidei νεωτεριστικῶν, insolitis opinionum portentis opplere coetum nostrum, ipsaq; Concordiae vincula, quibus adeo sancte copulati fuimus, fœdicare ac rumpere; profligatos dudum errores pro fidei articulis, vanissima commenta pro oraculis venditare, reformare omnia & imis summa miscere. Iuuenem me vocitent, imo vt flagitium & περιψυχία mundi respuant, nihil moror &c. p. 4: Eant itaq; famosi scriptores, seurentur, debacchentur, agantur in rabiam; sic enim orbis & oreus: nec fugiam ideo, nec contremiscam.

Ms. 5986 PA

den giftigsten Haß und Hohn aller bittern Calvinisten, Papisten, Syncretisten, auch aller Pietisten, Schwermer und Neulinge als eine Krone ihr aufgesetzt. Superfunt deniq; illi, qui ne ipsos quidem Lutheri cineres a falsis relationibus immunes & Megalandri tumulum, de quo eleganter cecinit Buchnerus:

*Plus magni exiguum est tumbam vidisse Lutheri*

*Quam Capitolini templa superba Iouis*

inconcussum relinquunt. Est enim manebitque, quod diuina benignitas nos iubet sperare, illaesium Lutheri sepulchrum, ossaque eius, quae Hispani milites in furorem acti, Carolo V. Imp. feuerissime interdicente, cremare non audebant, furibundi quoq; Fanatici igneis calumniis neutiquam cremabunt. Carere autem omni fundamento, quae a nonnullis siue incauta siue malitiose hic narrantur, B. Neumanni coacinnna Orat. de Tumulo D. Lutheri adhuc iniuiolato Wittenb. 1707 edocebit. Atq; ex his ingrati animi aduersus Lutherum clarissimis speciminibus haud obscure puto elucere, parum abesse, quin de ingratissimis Fanaticis Lutheri & ingenuorum Lutheranorum famae, laudi honoribusq; insidias struentibus idem fere dici possit, quod de Pontificiis legitur apud Baelium l. c. p. 1331. *On n'a eu égard en cela ni au vraisemblable, ni aux regles de l'art de medire; Et l'on s'est donné toute la hardiesse de ceux, qui sont très-persuadez, que le public adoptera aveuglément tout ce, qu'ils debiteront, quelque absurde qu'il puisse être.* Plura non commemoro, sed occasionem saltem adiicio, qua in has cogitationes fui delatus. Dedit illam orator meus

**PAVLVS SAMVEL WEGENER,** Cotzenbüttela-Eidorastadiensis,

iuuenis honestae vitae & probatae diligentiae laudem promeritus. Is enim ciuibus Lycei nostri haecenus adscriptus, a nobis abire & in Academiam pedem proferre prius noluit, quam dato specimine publico aliquam sui memoriam reliquisset. Haec honestissima & probum iuuenem ornantia conata meis auspiciis perfecturus, ipse sibi elegit argumentum Oratione Latina proponendum

## de Grato Animo

tum quia retur, primum laborem publicum themati facili esse impendendum & primum periculum eiusmodi re faciendum, quae tirone quoque ob maximam copiam non patitur esse inopem; tum quoniam exequendo a se labori, qui circa gratias & Patronis & Praeceptoribus agendas versabitur, nullum aptius argumentum se inuenire potuisse existimat. Equidem si meo arbitrio res omnis fetisset, aliud momentum a paucioribus excussum ventilando Patronis se probasset, quia tamen hoc quoque ita est pertractatum, ut ausim affirmare, esse in nonnulla, quae ceteri gratiae mentis praecones non attigerunt, facilis inter nos consensus est secutus. Proinde Vos, PATRES, PATRONI, AMICI pro eximia charitate, qua liberales artes diligitis atque pro affectu, quem haud ita pridem satis prolixum nobis declarastis, rogo, velitis quoque splendida corona hunc iuuenem cingere & frequenti Vestro, quem honori nobis ducimus, conuentu Museum nostrum publicum denuo dignari. Addet hoc calcari sponte currentibus & plures forsan ad suscipiendum similem laude dignum conatum excitabit. Scripsi Flensb. m. Decemb. M DCC XIV.

**E**Rratis his typographicis, & forsan pluribus, quae oculorum obrutum effugerunt, veniam dabit benignus Lector: p. 3. lin. 10 pro ab leg. ob. p. 6. lin. vlt. pro satyra l. satyras. ibid. pro plena l. plenae. p. 22. lin. 24 pro atiamis l. etiamis.

ten,  
tzer.  
mes &

et spe-  
acti,  
natici  
nullis  
utheri  
erum  
sfirmis  
truen-  
a cu  
s'on  
public  
puisse  
utiones

s Lycei  
noluit,  
tima &  
entum

rimum  
on pati-  
onis &  
isse exi-  
bus ex-  
um, vt  
gerunt,  
AMICI  
pridem  
nem cin-  
n publi-  
ascipien-  
CC XIV.


iam dabit  
ibid. pr

ULB Halle


3

007 418 094









Vg  
3986

DE  
QVOR VNDAM  
THER ANORVM  
IERVM ANIMO  
ENTATVR

ET  
NOBILISSIMO  
ELI WEGENERO  
- EIDORASTADIENSI  
EX LYCEO NOSTRO  
TO ANIMO

RO CONCIONE DICTVRO  
ONORVM VTRIVSQVE  
IOVE RELIQVORVM QVI  
OSTRAS AMANT

VRES CONCILIARE  
IVDET  
VON SEELEN  
RECTOR.

SBV RGI,  
NIS. A. CID 10CC XIV.



5552